



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ioannicius C. 4. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. IOANNICIUS C. 4. Novembris.

Quid aulâ confers , si sanctius in cau-  
lâ viximus ? Dum gregem pascit , o-  
vis est IOANNICUS ; dum evectus à  
fortunâ latus jam Isaurici Leonis sti-  
pat , in lupum abit , & rabiosâ hæresi  
correptus tristè terris & cælo ululat .  
Exi , ah ! aulâ exi , IOANNICI , si exi-  
re errore gestis . Audit talia monentem  
Anachoretam : sequitur vocem , ab aulæ  
frequentiâ ad silvæ solitudinem invitân-  
tem , jamque inter aulicas larvas etiam  
hæresin abjicit . Agnoverunt itaque ite-  
rum & amarunt IOANNICUM suum  
Superi , cumque invidia illi venenum  
misceret , fraudem detexerunt . Ille pre-  
ces veteres frequentavit : Spes mea Deus  
Pater , asylon Christus , scutum Spiritus  
est . Certe unica crux & panoplia & pan-  
chrestum IOANNICIO fuit . Hâc ille cum  
gregem suum circumscripsit ad preces a-  
biturus , nihil umquam ex illo desidera-  
bat ; hâc morbos pellebat , serpentes ex-  
armabat , rumpebat vincula , medios ho-  
stium cuneos penetrabat , ipsos malos  
dæmones fugabat . Ipse tamen fugere non  
erubuit , cum in impuras cogitationes  
pugnandum fuit . Quin , cum è virgine  
sacrâ has proscriptississet , sed iisdem se ob-  
fessum animadverteret , ita ab his abhor-  
tuit ; ut non dubitaret rectâ ad draconem .

Xx 3

ten-

694 VITÆ SANCTORUM. 4. Nov.  
tendere, prædamque se illi (si Numinis  
placuisset) devorandam objicere. Et pro-  
fectò, si sapit juventus, non ita ad flam-  
mantes draconis oculos, non sibilos ira-  
tos, & dentatos rictus, uti ad aspectus Ve-  
neris molles, ad verba mellea, & arriden-  
tia oscula exhorrescat. Ex Metaphr.

Luxuriam mortem animæ ille evadere po-  
terit, qui ipsius occasiones fugit, principiis  
tentationis resistit, carnis desideria frangit,  
corporis abhorret otium, corporis resolu-  
tionem recognitat, & præcipue cordis humili-  
tatem possidere conatur. S. Laurent. Iustini.  
lib. I. de Spirit. interitu animæ.

S. EMERICUS CONF. 4. Nov.

Pater EMERICO D. Stephanus fuit  
Ungariæ rex. Matrem in terris Gile-  
lam, D. Henrici Imperatoris sororem,  
in cœlis Mariam salutavit, cui natum  
unicè semper pater commendaverat. A  
tantis parentibus minimè degener EMERI-  
CUS, non dies modò, sed quas ju-  
ventus somno aut voluptatibus, hoc est,  
somniis, dare amat noctes, precibus  
pius vigil transcripsit, non prius ab au-  
rorâ deprehensus, quam omnia Vatis  
Iessai cormina decurrisset, & post singula  
intercalare osculum terræ fixisset. O-  
culos habuit tam phros, ut ipse animo-  
rum occulta sensa perspiceret. Nam iul-  
sus à parente salutem ferre viris Dio de-  
vo